Mel Scilliticum.
Trochiſci ingrediuntur
Theriacam.
Acetum ingreditur
Emplaſtrum de Cicutâ.

SCINCUS, Lacerti ſpecies.
Le Scinc Marin.
Lumbi ingrediuntur
Mithridatium.

SCLAREA, vide Horminum.

SCOLOPENDRIUM, ſeu Lingua Cervina.
(a) *Scolopendria vulgaris.* Tragi.
Lingua Cervina Officinarum. C. B. P. & I. R. H.
Phylliris Dodon.
La Scolopendre, ou la Langue de Cerf.
Folia ingrediuntur
Decoctum rubrum,
Syrupum de Cichorio compoſitum,
Electarium Catholicum,
Lenitivum.

SCORDIUM.
(a) *Scordium.* Utriuſque B.
Chamædrys paluſtris caneſcens, ſeu Scordium Officinarum. I. R. H.
Le Scordium, ou le Chamaras.
Fit Tinctura Scordii cum ſpiritu vini rectificato,
Aqua ſtillatitia ex herbâ cum floribus,
Fit Extractum ex herbâ cum aquâ,
Syrupus è ſummitatibus ſiccis.
Folia ingrediuntur
Aquam Generalem,
Prophylacticam,
Vulnerariam,
Diaſcordium,
Theriacam,
Orvietanum vulgare,
Præſtantius;
Mithridatium,
Pulverem contra Vermes;
Unguentum Mundificativum de Apio,
Oleum Scorpionum compoſitum.
Summitates ingrediuntur
Decoctum amarum.
Extractum ingreditur
Theriacam cœleſtem.

SCORPIO.
Scorpio niger, è ſylvis regionum calidarum.
Le Scorpion.
Fit Oleum Scorpionum ſimplex,
Compoſitum.

SCORZONERA.
Scorzonera latifolia ſinuata. C.B.P. (h)
& I. R. H.
La Scorsonere.
Fit Aqua ſtillatitia.

SCROPHULARIA major.
Scrophularia nodoſa fœtida. C.B.P. (a)
& I. R. H.
La Grande Scrophulaire.
Radix ingreditur
Aquam Generalem,
Unguentum Mundificativum de Apio.
Radix & folia ingrediuntur
Aquam Vulnerariam,
Emplaſtrum Diabotanum.

SCROPHULARIA minor, vide Ranunculus.

SCROPHULARIA aquatica, vide Betonica aquatica.

SEBUM.
Le Suif.
Fit Seborum Præparatio.
Sebum Arietinum ingreditur
Unguentum Fuſcum, vulgò *de la Mere*, Mundificativum de Apio.
Telam Gualteri.
Sebum Vervecinum ingreditur
Emplaſtrum Ceroneum,
Unguentum fuſcum ſine Lithargyro.
Sebum Hircinum ingreditur
Balſamum Arcæi,
Emplaſtrum de Meliloto compoſitum.
Sebum Bovinum ingreditur
Emplaſtrum de Meliloto ſimplex.
Sebum Cervinum ingreditur
Emplaſtrum Norimbergenſe.

SEBESTEN.
Sebeſtena domeſtica. C. B. P.
Mixa. Dodon.
Les Sebestes.
Ingrediuntur
Syrupum de Teſtudinibus,
Electarium Lenitivum.

SECALE.
(a) *Secale hibernum, vel majus.* C. B. P. & I. R. H.
Siligo Ruellii.
Le Segle.

SEDUM majus.
Sedum majus vulgare. C. B. P. & I. R. H. (b)
Sempervivum majus alterum, ſive Barba Jovis. Dodon. Pempt.
La Joubarbe.
Fit Aqua ſtillatitia ex herbâ virente.
Folia ingrediuntur
Unguentum Mundificativum de Apio,
Populeum.

SEDUM minus.
Sedum minus, teretifolium album. C. B. P. & I. R. H. (a)
Vermicularis, Craſſula minor Officinarum & Illecebra major. Lob. Icon.
La Trique-Madame.
Radix, folia & ſuccus ingrediuntur
Emplaſtrum Diabotanum.
Folia ingrediuntur
Unguentum Populeum.

SEMEN contra.
Semenzina, Sementina, Semen ſanctum, Lumbricorum ſemen. I. B.
La Barbotine, la Sementine, la ſemence à Vers.
Ingreditur
Opiatam Salomonis,
Pulverem contra Vermes.

SEMINA quatuor frigida majora.
Citruli, Cucurbitæ, Cucumeris & Melonis.
Les quatre Semences froides.
Fit Oleum per expreſſionem.
Ingrediuntur
Emulſionem communem,
Syrupum Althææ Fernelii,
Electarium Catholicum,
Pulverem Diatragacanthi frigidi.

Oleum ingreditur
Emplaſtrum de Spermate Ceti.

SEMPERVIVUM, vide Sedum.

SENECA.
Polygala caule ſimplici erecto, foliis ovato-lanceolatis alternis integerrimis, racemo terminatrice erecto. Gron. Flor. Virg. 80.
Racine contre la morſure du Serpent à ſonnettes, ou le Seneka.
Radix in uſu.

SENECIO, vel Erigeron.
(a) *Senecio minor vulgaris.* C. B. P. & I. R. H.
Erigeron. I. B.
Le Seneçon.
Folia ingrediuntur
Decoctum emolliens.

SENNA, vel Folia Orientalia.
Senna Alexandrina, ſive foliis acutis. C. B. P. & I. R. H.
Senna Orientalis. Tabern. Icon.
Le Senè du Levant.
Fit Extractum Sennæ cum aquâ.
Folia Sennæ ingrediuntur
Decoctum Antivenereum laxans,
Syrupum de Pomis compoſitum.
Mercurialem compoſitum,
De Roſis pallidis compoſitum,
Extractum Panchymagogum,
Electarium de Pſyllio,
Lenitivum,
Catholicum,
de Citro,
Confectionem Hamech,
Opiatam Meſentericam,
Folia Sennæ ingrediuntur
Pilulas ſine quibus,
Pulverem contra Vermes,
Arthriticum purgantem.

Siliquæ ejus dicuntur Folliculi.
Les Follicules de Senè.

SEPIA, ſive Os Sepiæ.
L'Os de Seche.
Ingreditur
Dentifricium.

SERICUM crudum.
La Soie crue.
Fit Spiritus,
Oleum ſtillatitium,
Sal volatile.
Spiritus & Sal volatile ingrediuntur
Guttas Anglicas Cephalicas.

SERPENTARIA, vide Dracuntium.

SERPENTARIA Virginiana, vide Viperina.

SERPYLLUM.
Serpyllum vulgare majus. C. B. P. (a) & I. R. H.
Le Serpolet.
Folia ingrediuntur
Aquam Generalem.
Summitates ingrediuntur
Oleum Catellorum.

SERUM Lactis.
Le petit Laict.
Fit Præparatio & Clarificatio,
Aqua ſtillatitia.
Serum Lactis ingreditur
Aquam Lactis Alexiteriam,
Limacum,
Confectionem Hamech.

SESAMUM.
(h) *Seſamum.* C. B. P.
Digitalis Orientalis Seſamum dicta, I. R. H.
Le Seſame, ou la Jugeoline.
Fit Oleum per expreſſionem ex ſemine.

SESELI Maſſilienſe.
(h) *Seſeli Maſſilienſe Fœniculi folio, quod Dioſcoridis cenſetur.* C. B. P.
Fœniculum tortuoſum I. B. & I. R. H.
Le Seseli de Marſeille.
Semen ingreditur
Aquam Generalem,
Theriacam,
Mithridatium,
Pulverem de Chalybe.

SIDERITIS.
(a) *Sideritis hirſuta procumbens.* C. B. P. & I. R. H.
La Crapaudine.

SIGILLUM Salomonis, vide Polygonatum.

SIGILLUM Beatæ Mariæ.
(a) *Sigillum Beatæ Mariæ Officinarum.* Raii Hiſt.
Tamnus racemoſa, flore minore luteo pallescente. I. R. H.
Bryonia lævis, ſive nigra racemoſa. C. B. P.
Le Sceau de Notre-Dame, ou la Racine Vierge.
Radix ingreditur
Emplaſtrum Diabotanum.

SIMAROUBA.
Simarouba Actor. Ac. Reg. Scient.
Lignum & Cortex ejus in Dyſenteriis uſurpantur.

SINAPI.
Sinapi album, ſiliquâ hirſutâ, ſemine albo & nigro. I. B. (h)
La Moutarde.
Semen ingreditur
Vinum Anti-Scorbuticum,
Aquam Anti-Scorbuticam,
Orvietanum,
Unguentum Epiſpaſticum alterum.

SISYMBRIUM aquaticum, vide Naſturtium.

SIUM, vide Berula.

SMARAGDUS Lapis.
L'Emeraude.
Præparatur Lævigatione.

SMARAGDUS noſtras.
L'Emeraude d'Auvergne.

SOLANUM.
Solanum Officinarum. C. B. P. (a*)
Solanum Officinarum, acinis nigricantibus. I. R. H.
La Morelle.
Fit Aqua ſtillatitia ex herbâ virente, Oleum per infuſionem & coctionem ex foliis & baccis.
Folia ingrediuntur
Balſamum Tranquillans,
Unguentum Mundificativum de Apio.
Cimæ ingrediuntur
Unguentum Populeum.
Succus ex herbâ & baccis ingredit.
Unguentum Diapompholygos.

SOLANUM Scandens, vel Dulcamara.
Solanum Scandens, ſeu Dulcamara. (a)
C. B. P. & I. R. H.

Solanum

Solanum Lignosum, seu Dulcamara. Parkins.

SOLDANELLA.

(h) *Soldanella maritima minor.* C. B. P. *Brassica marina, sive Soldanella.* I. B. *Convolvulus maritimus nostras rotundifolius.* Moriſſon. Hiſt. & I. R. H.

La Soldanelle, ou le Chou marin.

Folia ſicca ingrediuntur Pulverem Hydragogum.

SOPHIA Chirurgorum, ſive Thalictrum.

(a) *Sophia Chirurgorum.* Lobel. Icon. *Thalictrum.* Dodon. Lugdun. *Siſymbrium annuum, Abſinthii minoris folio.* I. R. H.

SORBUS.

(h) *Sorbus ſativa.* C. P. P. & I. R. H.

Le Sorbier, ou Cormier.

Fit Aqua ſtillatitia è fructibus.

SPERMA Ceti.

Le Blanc de Baleine.

Fit Emplaſtrum de Spermate Ceti.

SPERMA Ranarum.

Le Fray de Grenouille, vide Rana.

SPHONDYLIUM.

(a) *Sphondylium vulgare hirſutum.* C. B. P. & I. R. H.

La Berce.

SPICA Nardi, vide Nardus Indica.

SPICA Celtica, vide Nardus Celtica.

SPICA, vide Lavandula major.

SPINA alba.

Meſpilus Apii folio, ſylveſtris ſpinoſa, ſive Oxyacantha. C. B. P. & I. R. H. (a)

L'Epine blanche, le Senelier.

Fit Aqua ſtillatitia ex floribus.

SPINA Cervina, vide Rhamnus Catharticus.

SPODIUM, vide Ebur uſtum.

SPONGIA.

Spongia ad uſum præſtantiſſima, foraminibus exiguis pervia. I. R. H.

L'Eponge fine.

Fit Spongiæ Præparatio cum cerâ flavâ &; uſtione.

SPONGIA Roſæ ſylveſtris, vel Caninæ, vulgò *Bedeguar.* (a)

Le Bedeguar.

STANNUM, vel Jupiter.

L'Etain.

Fit Regulus Jovis.

Stannum ingreditur Antihecticum Poterii.

Regulus ingreditur Lilium Paracelſi.

STAPHISAGRIA.

Staphiſagria utriuſque. B. (h)

Delphinium Platani folio, Staphiſagria dictum. I. R. H.

Herba Pedicularis. Cordi.

La Staphisaigre, l'Herbe aux Poux.

Semen ingreditur Unguentum Epiſpaſticum alterum.

STERCUS Canis, vide Album Græcum.

STERCUS Pavonis.

Fit Præparatio.

STERCUS Gallinæ.
Ingreditur
Unguentum ad Ambuſta.

STERCUS Anſeris.
Fit Præparatio cum Aquâ Cichorii.

STERCUS Vaccinum.
Fit Aqua, Milleflorum dicta.

STIBIUM, vide Antimonium.

STŒCHAS Arabica.
(h) *Spica florida, Stœchas Arabica vulgò dicta.* I. B.
Stœchas pupurea. C.B.P. & I.R.H.
LE STECHAS Arabique.
Fit Aqua Stœchados ſtillatitia ex floribus,
Syrupus de Stœchade
Simplex,
Compoſitus.
Flores ingrediuntur
Aquam Imperialem,
Generalem,
Epilepticam,
Prophylacticam,
Syrupum de Eryſimo,
Theriacam,
Mithridatium,
Hieram Diacolocynthidos,
Pilulas Coccias.

STŒCHAS Citrina, vide Elychryſum.

STRAMONIUM, ſive Datura.
(h) *Stramonium fructu ſpinoſo, rotundo, flore albo ſimplici.* I. R. H.
Solanum Pomo ſpinoſo, rotundo, longo flore. C. B. P.
LA POMME épineuſe, ou le Stramonium.
Fit Oleum per infuſionem & coctionem ex foliis.
Folia ingrediuntur
Balſamum Tranquillans.

STYRAX Calamita.
Reſina eſt hujus arboris,
Styrax folio Mali Coronei. C. B. P. (h) & I. R. H.
LE STORAX Calamite.
Fit Purgatio Styracis,
Oleum ſtillatitium,
Craſſius,
Spiritus,
Tinctura cum ſpiritu vini rectificato,
Fiunt Pilulæ.
Styrax ingreditur
Aquam Generalem,
Mellis Regiam;
Theriacam cœleſtem,
Diaſcordium,
Theriacam,
Mithridatium,
Pulverem Lætificantem,
Paſtillos odoratos pro fumo;
Balſamum Commendatoris,
Apoplecticum,
Oleum Mandragoræ,
Scorpionum compoſit.
Emplaſtrum ſtomachale.

STYRAX liquida.
LE STYRAX liquide.
Fit Unguentum de Styrace,
Emplaſtrum de Styrace.
Ingreditur
Unguentum Martiatum,
Emplaſtrum Diabotanum;
De Ranis, ſeu de Vigo,
De Vigo cum Mercur.
Balſamum Fioraventi.

SUCCINUM, vel Karabe.

Succinum citrinum.
L'Ambre jaune, le Karabe, le Succin jaune.
Fit Præparatio lævigatione,
Spiritus,
Sal volatile,
Oleum ſtillatitium,
Tinctura cum ſpiritu vini rectificato,
Fiunt Trochiſci de Karabe.
Succinum citrinum ingreditur
Pulverem Anti-Spaſmodicum, Aſtringentem,
Trochiſcos Alkekengi,
Balſamum Fioraventi,
Liquorem Cornu Cervi Succinatum,
Aquam Generalem,
Emplaſtrum Stypticum,
Paſtillos Mercuriales pro ſuffitu.
Oleum ſtillatitium ingreditur
Theriacam cœleſtem,
Pilulas Hyſtericas,
Eſſentiam Anti-Hyſtericam,
Balſamum Sulphuris Succinat. Hyſtericum, Acouſticum,
Trochiſcos de myrrhâ,
Orvietanum præſtantius,
Emplaſtrum Magneticum,
Sal volatile aromaticum.
Sal volatile ingreditur
Liquorem Cornu Cervi Succinatum,
Theriacam cœleſtem.
Spiritus ingreditur
Syrupum de Karabe.

Succinum album.
Le Succin blanc.
Ingreditur
Pulverem è Chelis,
Succinum album ingreditur
Emplaſtrum Opodeltoch.

SUCCISA, vide Scabioſa.

SULPHUR.
Sulphur nativum & vivum.
Le Souphre vif en Pierre.

Sulphur lucidum.
Le Souphre tranſparent des Iſles.

Sulphur fuſum.
Le Souphre en canon.
Fit Lotio Sulphuris,
Cremor Sulphuris,
Flos per ſublimationem,
Magiſterium,
Balſamum Sulphuris,
Spiritus & Oleum,
Sal Sulphuris.
Sulphur ingreditur
Magnetem Arſenicalem,
Emplaſtrum Diabotanum.
Flores ingrediuntur
Unguentum ad Scabiem,
Tabellas Sulphuris,
Æthiops Minerale,
Cinnabarim factitiam,
Mercurium violaceum,
Crocum Martis aperientem,
Sal Polychreſtum,
Sal Prunellæ, ſeu Cryſtallum mineralem,
Pilulas Beccheri.
Balſamum Sulphuris aniſatum ingreditur
Tabellas Sulphuris compoſitas,
Pilulas Balſamicas Mortonii,
Balſamum Sulphuris Terebenthinatum ingreditur
Balſamum Acouſticum.
Spiritus ingreditur
Elixir Proprietatis cum Acido.

SUMACH, sive Rhus.
Rhus Virginianum. C. B. P. & I. R. H.
LE SUMACH.
Fructus ingreditur
Syrupum Myrthinum compositum.
Vinum astringens pro fotu.
Semen ingreditur
Unguentum Comitissæ.

SYMPHYTUM majus, vide Consolida major.
Symphytum minus, vide Brunella.

T

TABACUM, vide Nicotiana.

TACAMHAACA.
Resina fluens ex arbore quæ est,
(h) *Tacamahaca, Arbor Populo similis, Resinosa altera.* C. B. P.
LA GOMME TACAMAHACA.
Fit Spiritus,
Oleum stillatitium,
Crassius.
Tacamahaca ingreditur
Aquam Generalem,
Pastillos odoratos pro fumo,
Emplastrum Diabotanum,
Odontalgicum,
Stomachale,
Balsamum Apoplecticum,
Fioraventi.

TALPA.
LA TAUPE.
Præparatur Ustione.

TAMARINDI.
Fructus Tamarindi. I. B.
Siliqua Arabica, quæ Tamarindus. Raii Hist.
LES TAMARINS.
Ingrediuntur
Electarium Lenitivum,
Catholicum,

TAMARISCUS.
Tamariscus Narbonensis. Lob. Icon. (h) & I. R. H.
LE TAMARIS.
Fit Sal ex incineratâ Plantâ.

TANACETUM, sive Athanasia.
Tanacetum vulgare luteum. C. B. P. (a) & I. R. H.
LA TANESIE.
Fit Aqua stillat. ex herbâ & floribus.
Oleum Essentiale,
Folia ingrediuntur
Aquam Generalem,
Vulnerariam.
Flores ingrediuntur
Pulverem contra Vermes.
Folia & flores ingrediuntur
Orvietanum vulgare.
Oleum stillatitium ingreditur
Balsamum Hystericum.

TANACETUM hortense, vide Costus hortensis.

TARAXACUM, vel Dens Leonis.
Dens Leonis latiore fŏlio. C. B. P. (a) & I. R. H.
LA DENT DE LION, le Pissenlit.
Radix ingreditur
Decoctum Aperiens,
Rubrum.

Radix & folia ingrediuntur
Syrupum de Cichorio.

TARTARUM.

Tartarum rubrum, seu vulgatius.
LE TARTRE rouge.

Tartarum album, seu Monspelienſe.
LE TARTRE blanc, ou de Montpellier.
Fit Cremor Tartari,
Sal Tartari,
Tinctura Salis Tartari,
Oleum per Deliquium,
Tartarum Solubile, vel Sal Vegetabile,
Vitriolatum,
Oleum ſtillatitium Tartari,
Sapo Tartareus,
Terra foliata Tartari,
Tartarum Emeticum,
Chalybeatum,
Chalybeatum Solubile.
Tartarum crudum ingreditur
Præparat. Reguli Antimonii,
Nitri ex Tartaro fixi.
Tartarum album ingreditur
Syrupum de Roſis pallidis compoſitum,
Tincturam Martis,
Antimonii,
Globulos martiales,
Lilium Paracelſi.
Sal Tartari ingreditur
Pilulas de Sagapeno;
Decoctum Antivenereum laxans,
Syrupum de Pomis helleboratum,
Spiritum vini tartariſatum,
Magiſterium Sulphuris,
Diſtillationem Salis volatilis Ammoniac.
Spiritûs Salis Ammoniaci,
Sal Tartari ingreditur
Diſtillationem Spiritûs volatilis aromatici oleoſi,
Tincturam ſeu Eſſentiam Regiam.
Cremor Tartari ingreditur
Pulverem Cornachini,
Arthriticum purgantem,
Conſervam Roſarum rubrarum ſolidam,
Opiatam Meſentericam,
Panaceam Antimonialem,
Tincturam Martis Ludovici;
Sal Polychreſtum ſolubile, vulgò de *Seignette*.
Tartarum Vitriolatum ingreditur
Pilulas de Aquilegiâ,
Sine quibus,
Pulverem temperantem.
Oleum Tartari per Deliquium ingreditur
Sal de duobus ſeu Arcanum duplicatum,
Præparationem Auri fulminantis;
Panaceam Antimonialem.
Sapo Tartareus ingreditur
Pilulas Starkii.

TAXUS.

LE BLAIREAU.
Axungia ejus in uſu, vide Axungia.

TELEPHIUM, ſive Fabaria, vel Anacampſeros.

Anacampſeros vulgò Faba craſſa. I. (a) B. & I. R. H.
Telephium vulgare, C. B. P.
L'ORPIN, la Repriſe.
Folia ingrediuntur
Aquam Vulnerariam,
Balſamum Vulnerarium;
Unguentum Populeum.

Succus herbæ ingreditur
Emplaſtrum Opodeltoch.

TEREBINTHINA.
Terebinthina Chia.
LA TEREBENTHINE de Chio.
Fluit ex arbore quæ eſt
Terebinthus vulgaris. C. B. P. & I. R. H.
Reſina ingreditur
Mithridatium,
Theriacam,
Orvietanum.

Terebinthina vulgaris, ſeu Veneta.
LA TEREBENTHINE de Veniſe.
Fit Terebinthinæ Lotio cum Aquâ Roſarum,
Coctio in Aquâ,
Spiritus, ſeu Oleum Terebinthinæ,
Oleum craſſius.
Terebinthina Veneta ingreditur
Pilulas Balſamicas Stahlii,
Trochiſcos Cypheos,
Balſamum Fioraventi,
Arcæi,
Leucatelli,
Viride Metenſium,
Vulnerarium,
Unguentum Neapolitanum,
Mundificativum de Apio,
De Althæâ,
Apoſtolorum,
Epiſpaſticum alter.
Emplaſtrum Epiſpaſticum,
De Betonicâ,
De Ranis, ſeu de Vigo,
De Vigo cum Mercur.
Contra Rupturam,
Terebinthina Veneta ingreditur
Emplaſtrum Opodeltoch,
Diachylum magnum,
Andreæ à Cruce,
Oxycroceum,
Stomachale,
De Mucaginibus,
De Meliloto comp.
Magneticum,
Stypticum,
Ceroneum,
Griſeum, vulgò *du Baume verd.*
Oleum ſtillatitium ingreditur
Balſamum Sulphuris Terebinth.
Lectorenſe,
Saturni,
Saponem Tartareum,
Pilulas Starkii.

TERRA Lemnia, vel Terra Sigillata.
LA TERRE SIGILLÉE.
Ingreditur
Theriacam,
Orvietanum præſtantius,
Confectionem de Hyacintho,
Pulverem Aſtringentem,
Diarrhodon Abbatis,
Pilulas Aſtringentes,
Emplaſtrum contra Rupturam.

TERRA Japonica, vide Catechu.

TERRA Sigillata, vide Terra Lemnia.

TESTUDO Terreſtris.
Teſtudo terreſtris variegata noſtras.
LA TORTUE de Terre.
Fit Juſculum ex Carne,
Syrupus de Teſtudinibus ex Carne.

Teſtudo nigra paluſtris.
LA TORTUE d'Eau.

THE.
Thea. Linn. H. Cliff. 204.
The Sinenſium, ſive Tſia Japonenſi-ſibus. Breyn. Cent.
LE THÉ.

THLASPI.
(a) *Thlaſpi vulgatius.* I. B. & I. R. H.
LE THLASPI.
Semen ingreditur
Theriacam,
Mithridatium.

THUS maſculum, vide Olibanum.

THYMELÆA.
(h) *Thymelæa foliis Lini.* C. B. P. & I. R. H.
LE GAROU, cujus Radix in uſu.

THYMELÆA, ſeu Laureola.
(a) *Thymelæa Laurifolio ſempervirens, ſeu Laureola mas.* I. R. H.
Laureola ſempervirens, flore viridi, quibuſdam Laureola mas. C. B. P.
LA LAUREOLE.
Fit foliorum præparatio cum Aceto.

THYMELÆA, ſeu Mezereum.
(h) *Thymelæa Laurifolio deciduo, ſeu Laureola fœmina.* I. R. H.
Laureola folia deciduo, ſeu Mezereon Germanicum. I. B.
LE MEZEREON, le Bois Gentil.
Harum omnium fructus & ſemina *Grana Cnidia*, ſeu *Cocci Cnidii* dicuntur.
Baccæ, ſeu fructus & folia ingrediuntur
Unguentum de Arthanitâ.

THYMUS.
Thymus vulgaris. C.B.P. & I.R.H. (h)
LE THYM.
Fit Aqua ſtillatitia ex floribus recentibus,
Oleum ſtillatitium è totâ plantâ ſiccâ.
Folia ingrediuntur
Aquam Generalem,
Vulnerariam,
Orvietanum,
Confectionem Hamech.
Summitates floridæ ingrediuntur
Aquam Imperialem,
Pulverem de Chalybe.
Summitates ſiccæ ingrediuntur
Decoctum aromaticum pro fotu,
Pulverem Lætificantem,
Oleum Vulpinum,
Balſamum Tranquillans.
Flores ingrediuntur
Syrupum de Stœchade compoſit.
Oleum ſtillatitium ingreditur
Balſamum Nervinum,
Apoplecticum,
Aqua ingreditur
Aquam odoratam, ſeu Milleflorum.

TILIA.
Tilia fœmina folio minore. C. B. P. (h) & I. R. H.
LE TILLEUL, ou Tillot.
Fit Aqua ſtillatitia ex floribus recentibus,
Conſerva ex floribus.
Flores ingrediuntur
Aquam Generalem,
Epilepticam.

TITHYMALUS, vide Eſula.

TOPAZIUS Lapis.
LA TOPAZE.

Præparatur Lævigatione.

Topazius noſtras.
La Topaze d'Allemagne.

TORMENTILLA.
(a) *Tormentilla ſylveſtris.* C. B. P. & I. R. H.
La Tormentille.
Fit Extractum.
Radix ingreditur
Decoctum Aſtringens,
Diaſcordium,
Pulverem Aſtringentem,
Pilulas Aſtringentes,
Oleum Scorpionum compoſitum,
Emplaſtrum Stypticum.
Extractum ingreditur
Theriacam cœleſtem.

TRAGACANTHUM gummi.
La Gomme Tragacant, *vulgò* Adragant.
Fluit ex trunco & ramis Plantæ quæ dicitur, *Tragacantha Cretica incana flore parvo, lineis purpureis ſtriato.* Cor. I. R. H.
Fit Mucago,
Pulvis Diatragacanthi frigidi.
Gummi ingreditur
Looch commune,
Electarium de Pſyllio,
Rotulos Bechicos,
Pulverem Pectoralem, ſeu Looch ſiccum,
Requiem Nicolai,
Trochiſcos Alkekengi,
Alhandal,
Albos Rhaſis,
De Karabe,
De Terrâ Japonicâ,
Eſcharoticos,
Tabellas Bechicas,
De Rhabarbaro,
Gummi ingreditur
Tabellas de Sulphure compoſit.
De Althæâ ſine igne,
De Chalybe,
De Oculis Cancrorum,
Abſorbentes & roborantes,
Paſtillos Mercuriales pro ſuffitu.
Pulvis Diatragacanthi frigidi ingreditur
Electuarium de Citro,
Diacarthami;
Pulverem Diaireos.

TRAGOSELINUM, vide Pimpinella.

TRIFOLIUM Fibrinum, vel Menyanthes.
Trifolium paluſtre utriuſque. B.
Menyanthes paluſtre. I. R. H. (a)
Trifolium Fibrinum Germanorum. Raii Hiſt.
Le Menyanthe.
Fit Aqua ſtillatitia ex herbâ virente,
Extractum è ſucco plantæ.
Radix & folia ingrediuntur
Aquam Generalem.
Herba ingreditur
Aquam Anti-Scorbuticam;
Decoctum Anti-Scorbuticum;
Extractum ingreditur
Pilulas Balſamicas Stahlii,
Becheri.

TRIFOLIUM Acetoſum, vide Oxytryphyllum.

TRITICUM.
Triticum hybernum Ariſtis carens. (a)
C. B. P. & I. R. H.
Le Froment.

TUNICA, vide Caryophyllus hortenſis.

TURPETHUM,

TURPETHUM, vel Turbith.
Turpethum repens, foliis Althææ, vel Indicum. C. B. P.
Convolvulus Indicus, alatus, maximus, foliis Ibiſco non nihil ſimilibus, angulosis, Turbith Officinis. Hort. Lugd. Bat. & I. R. H.
LE TURBITH.
Fit Reſina ex radice cum ſpiritu vini rectificato.
Radix ingreditur
Electarium Diaphœnicum,
Benedictam Laxativam,
Electarium de Citro, Diacarthami,
Pilulas Coccias,
Unguentum de Arthanitâ.

TUSSILAGO.
(a) *Tuſſilago vulgaris.* C.B.P.& I.R.H.
Bechium, ſive Farfara. Dodon.
Ungula Caballina. Tragi.
LE TUSSILAGE, le Pas d'Aſne.
Fit Conſerva, Aqua ſtillatitia, Syrupus, } ex floribus.
Radix ingreditur
Syrupum de Eryſimo.
Flores ingrediuntur
Syrupum de Symphyto,
Decoctum pectorale,
Syrupum Roris Solis compoſit.
Flores & radices ingrediuntur
Trochiſcos Bechicos nigros.
Aqua ſtillatitia ingreditur
Looch ex ovo.

TUTHIA.
LA TUTHIE.
Fit Præparatio Lævigatione.
Ingreditur
Collyrium Roborans,
Unguentum de Tuthiâ,
Emplaſtrum Griſeum, vulgò *du Baume verd*, Opodeltoch.

V

VALERIANA ſylveſtris.
(a) *Valeriana ſylveſtris major.* C. B. P. & I. R. H.
Phu parvum Mathioli.
LA VALERIANE ſauvage, ou petite.
Fit Extractum ex radice.
Radix ingreditur
Aquam Theriacalem, Generalem, Epilepticam,
Orvietanum Præſtantius,
Pulverem Anti-Spaſmodicum,
Trochiſcos de Myrrhâ,
Radix ingreditur
Unguentum Martiatum.
Radix & folia ingrediuntur
Emplaſtrum Diabotanum.
Extractum ingreditur
Theriacam cœleſtem.

VALERIANA major, ſeu Phu Ponticum.
Valeriana hortenſis, Phu folio Oluſatri Dioſcoridis. C. B. P. & I. R. H. (h)
LA GRANDE VALERIANE.
Radix ingreditur
Theriacam,

Radix ingreditur
Mithridatium,
Orvietanum,
Trochiſcos Hedichroi.

VANILLA.
Vanilla flore viridi & albo, fructu nigreſcente. Plumer. Nov. Gener.
La Vanille.
Ingreditur
Aquam Mellis Regiam,
Spiritum volatilem Aromaticum oleoſum.

VENUS, vide Æs ſive Cuprum.

VERATRUM, vide Helleborus albus.

VERBASCUM.
(a) *Verbaſcum mas, latifolium, luteum.* C. B. P. & I. R. H.
Tapſus Barbatus. Gerardi.

(a) *Verbaſcum fœmina flore luteo magno.* C. B. P. & I. R. H.
La Molesne, ou le Bouillon blanc.
Sumuntur indiſcriminatim.
Folia ingrediuntur
Decoctum Emolliens.

VERBENA.
(a) *Verbena communis cæruleo flore.* C. B. P. & I. R. H.
La Verveine.
Fit Aqua ſtillatitia ex herbâ.
Folia ingrediuntur
Aquam Vulnerariam,
Pulverem contra Rabiem,
Emplaſtrum de Betonicâ.
Comæ ingrediuntur
Oleum Scorpionum compoſitum.

VERMICULARIS, vide Sedum minus.

VERNIX, vide Sandoracha.

VERONICA mas.
Veronica mas ſupina & vulgatiſſima. (a) C. B. P. & I. R. H.
La Veronique mâle.
Fit Aqua ſtillatitia ex herbâ virente.
Folia ingrediuntur
Aquam Vulnerariam,
Generalem,
Balſamum Vulnerarium,
Unguentum Mundificativum de Apio.
Succus herbæ ingreditur
Emplaſtrum Opodeltoch.

VERONICA fœmina, vide Linaria.

VINCA PERVINCA, ſive Clematis Daphnoides.
Pervinca vulgaris latifolia. I. R. H. (a)

Pervinca vulgaris anguſtifolia. I. R. H. (a)
Vinca Pervinca. Adverſ. Lob.
Indiſcriminatim ſumuntur.
La Pervenche.
Folia ingrediuntur
Aquam Vulnerariam,
Unguentum Mundificativum de Apio,
Balſamum Opodeltoch.

VINCETOXICUM.
Aſclepias albo flore. C. B. P. & I. R. H. (a)
Vincetoxicum. Dodon.
Hirundinaria. Tragi.
Le Dompte-venin.
Fit Extractum.
Radix ingreditur
Aquam Generalem,
Orvietanum Præſtantius.

Extractum ingreditur
Theriacam cœleſtem.

VINUM.

Vinum album & rubrum.
LE VIN blanc, LE VIN rouge.

Vinum Hiſpanum.
LE VIN d'Eſpagne.

Vinum Canarinum.
LE VIN des Canaries.

Vinum Malvaticum.
LE VIN de Malvoiſie.

Fit Vinum Abſinthites,
Emeticum,
Febrifugum,
Chalybeatum.

Fit Spiritus Vini, *vulgò* AQUA VITÆ dictus,
Aqua Vitæ Camphorata,
Spiritus Vini rectificatus, *vulgò* L'ESPRIT DE VIN,
Tartariſatus,
Camphoratus.

Vinum album ingreditur
Vinum Anti-Scorbuticum,
Enulatum,
Aquam Anti-Scorbuticam,
Vulnerariam,
Epilepticam,
Gelatinam Cornu Cervi,
Syrupum Abſinthii compoſitum,
Mercurialem compoſit.
De Viperis,
Collyrium Lanfranci,
Pilulas Mercuriales,
Oleum Catellorum,
Lacertorum,
Lumbricorum,
Scorpionum compoſit.
Unguentum ad Ambuſta,

Vinum album ingreditur
Emplaſtrum de Ranis,
Præparationem Laudani,
Lumbricorum,
Millepedum.

Vinum Rubrum ingreditur
Vinum aromaticum pro fotu,
Aſtringens pro fotu,
Febrifugum,
Syrupum de Kinakina,
De Caſcarillâ,
Balſamum Vulnerarium,
Emplaſtrum Diachylum magn.
Oleum Caſtorei.

Vinum Hiſpanicum ingreditur
Vinum Sciliticum,
Emeticum,
Diaſcordium,
Theriacam,
Mithridatium,
Orvietanum præſtantius,
Collyrium roborans,
Balſamum Lucatelli,
Laudanum Liquidum,
Trochiſcos Cypheos,
Hedichroi.

Vinum Malvaticum ingreditur
Pilulas Rufi.

Spiritus Vini, *Aqua vitæ* dictus, ingreditur
Aquam Cinnamomi Spirituoſam,
Vulnerariam Spirituoſ.
Mellis Regiam,
Hyſtericam,
Claretum è ſex ſeminibus,
Spiritum ardentem Cochleariæ,
Balſamum Vulnerarium,
Opodeltoch,
Tincturam Lavandulæ,
Roriſmarini,
Salviæ,

Spiritus Vini, *Aqua vitæ* dictus, ingreditur
Tincturam Florum integror. Coronæ Solis,
Arantiorum,
Baccarum Juniperi,
Stomachicam amaram,
Elixirium cordiale,
Globulos martiales,
Pilulas Rudii.

Spiritus Vini rectificatus ingreditur
Aquam Theriacalem,
Menthæ compositam,
Melissæ compositam,
Divinam,
Reginæ Hungariæ,
Imperialem,
Generalem,
Ad Gengivas,
Spiritum Carminativum Sylvii,
Volatilem aromaticum oleosum,
Balsamum Fioraventi,
Nervinum,
Commendatoris,
Chalybeatum,
Sal Martis Riverii,
Volatile Ammoniacum,
Tincturam Antimonii,
Martis Tartarisatam,
Ludovici,
Mynsichti,
Auri, seu aurum potabile,
Salis Tartari,
Succini,
Myrrhæ,
Aloes,
Croci,
Benzoini,
Storacis,
Balsami Tolutani,

Spiritus Vini rectificatus ingreditur
Tincturam Cinnamomi,
Caryophyllorum Indicorum,
Kinækinæ,
Contrayervæ,
Cascarillæ,
Asari,
Ambari,
Castorei,
Coralliorum,
Absinthii, simplicem & compositam,
Scordii,
Rutæ,
Hyperici,
Essentiam Anti-Hystericam,
Guttas Anglicas Cephalicas,
Anodynas,
Lilium Paracelsi,
Elixir Proprietatis,
Elixirium Vitrioli,
Liquorem anodynum mineralem Hoffmanni,
Liquorem Æther dictum.
Spiritu Vini rectificato edulcoratur
Spiritus Nitri,
Salis,
Vitrioli, qui est Aqua Rabelliana.
Spiritus Vini rectificatus ingreditur
Præparationem
Panaceæ Mercurialis,
Kermes mineralis,
Mercurii violacei,
Arcani Corallini,
Terræ foliatæ Tartari,
Resinæ Agarici,
Colocynthidos,
Guajaci,
Jalapæ,
Ladani,
Ligni Aloes,

Spiritus Vini Rectificatus ingreditur
Præparationem
Resinæ Mechoacannæ,
Scammonii,
Turpethi,
Zedoariæ.

VIOLA.

(a) *Viola Martia, purpureo flore, simplici, odoro.* C. B. P. & I. R. H.
Le Violier, les Violettes.

Fit Syrupus,
Conserva, } ex Floribus,
Mel,
Oleum per infusionem & coctionem ex Floribus.
Folia ingrediuntur
Decoctum Emolliens,
Unguentum Populeum.
Flores ingrediuntur
Syrupum de Erysimo,
De Testudinibus,
Requiem Nicolai.
Flores & Semen ingrediuntur
Electarium Lenitivum,
Diaprunum.
Semen ingreditur
Electarium de Psyllio,
Catholicum.
Conserva ingreditur
Electuarium de Citro.
Syrupus ingreditur
Pilulas de Sagapeno,
Cassiam coctam.
Oleum ingreditur
Balsamum Hypnoticum,
Oleum Mandragoræ.

VIPERA.

Vipera nostras.
La Vipere.
Fit Spiritus,
Sal volatile,
Fit Oleum stillatitium,
Pulvis Viperinus,
Jus Viperinum,
Gelatina,
Syrupus de Viperis,
Trochisci Viperini, seu Theriaci.
Pulvis ingreditur
Orvietanum vulgare,
Theriacam cœlestem,
Emplastrum de Ranis,
Pulverem è Chelis.
Pulvis & Sal volatile ingrediuntur
Orvietanum Præstantius.
Trochisci ingrediuntur
Theriacam.

VIPERINA, sive Serpentaria Virginiana.

Aristolochia Pistolochia, seu Serpentaria virginiana, caule nodoso. Pluk. alm. p. 50. T. 148.
Aristolochia caulibus infirmis, angulosis, flexuosis, foliis cordato-oblongis planis, floribus recurvis solitariis. Gron. fl. Virg. 112.
La Serpentaire, ou Viperine de Virginie.
Radix ingreditur
Aquam Theriacalem,
Generalem,
Orvietanum Præstantius.
Extractum ingreditur
Theriacam cœlestem.

VIRGA aurea.

Virga aurea vulgaris latifolia. C. B. P. & I. R. H. (a)
La Verge d'or.
Folia ingrediuntur
Aquam Generalem,
Vulnerariam.

VIRGA Paſtoris, vide Dipſacus.

VIRIDE Æris, vide Ærugo.

VISCUS.
(a) *Viſcus Querçûs & aliarum arborum.* I. B.
Viſcum baccis albis. C.B.P. & I.R.H.
LE GUY.
Ingreditur
Aquam Generalem,
Pulverem Anti-Spaſmodicum,
De Guttetâ.

VITEX, vide Agnus Caſtus.

VITIS alba, vide Bryonia.

VITIS Idæa.
(a) *Vitis Idæa foliis oblongis crenatis, fructu nigricante.* C. B. P. & I. R. H.
Vitis Idæa, ſive Myrtillus primus. Tab. Icon.
L'AIRELLE, ou le Myrtile.

VITIS.
(h) *Vitis Vinifera.* C. B. P. & I. R. H.
LA VIGNE.

VITRIOLUM & Calcanthum.
Vitriolum viride Anglicum.
LE VITRIOL d'Angleterre.

Vitriolum Goſlarienſe album.
LA COUPEROSE blanche.

Vitriolum Cæruleum, ſeu Cyprium.
LE VITRIOL de Chypre.
Fit ex Vitriolo Viridi,
Spiritus,
Oleum,
Vitriolum calcinatum ſive Colcothar,
Sal Vitrioli,
Terra Vitrioli dulcis.

Fit ex Vitriolo albo;
Gilla Vitrioli.

Vitriolum viride ingreditur
Sal de duobus, ſeu Arcanum duplicatum,
Aquam Stypticam.

Vitriolum cæruleum ingreditur
Lapidem divinum, ſeu Ophtalmicum,
Ens Veneris.

Vitriolum album ingreditur
Aquam Stypticam,
Emplaſtrum Diapalma,
Stypticum,
Collyrium detergens,
Balſamum Viride Metenſium.

Vitriolum ad albedinem calcinatum ingreditur
Orvietanum,
Sublimatum Corroſivum,
Aquam fortem,
Tincturam Martis Ludovici.

Colcothar ingreditur
Emplaſtrum Magneticum,
Lapidem Medicamentoſum.

Sal Colcotharis ingreditur
Salem Sedativum.

Oleum Vitrioli ingreditur
Elixirium Vitrioli,
Liquorem anodynum mineralem Hoffmanni,
Liquorem Æther dictum,
Præcipitatum flavum, ſeu Turpethum Minerale,
Sal Martis Riverii,
Sal mirabile Glauberi,
Spiritum Nitri.

Spiritus Vitrioli ingreditur
Tartarum Vitriolatum,
Sal vel Vitriolum Martis,
Aquam Rabellianam.

ULMARIA.
(a) *Ulmaria* Cluſii & I. R. H.
Barba Capræ floribus compactis. C. B. P.
Regina Prati. Dodon.
LA REINE des prés.
Fit Aqua ſtillatitia ex herbâ virente.
Folia ingrediuntur
Aquam Lactis Alexiteriam.

ULMUS.
(a) *Ulmus campeſtris & Theophraſti.* C. B. P. & I. R. H.
L'ORME.

UMBILICUS Veneris.
(h) *Cotyledon major.* C.B.P. & I.R.H.
Cotyledon Umbilicus Veneris. Cluſii Hiſt.
LE NOMBRIL de Venus.
Folia ingrediuntur
Unguentum Populeum.

UNGULA Alcis.
LE PIED d'ELAN.
Alx Canadenſis.
L'ELAN, ou l'Orignac.
Ungula præparatur Pulveratione.
Fit Magiſterium Ungulæcum Aceto.
Ungula ingreditur
Pulverem Anti-Spaſmodicum, De Guttetâ.

UNGULA Caballina, vide Tuſſilago.

URSUS.
L'OURS.
Ejus Pinguendo
Ingreditur
Balſamum Nervinum.

URTICA.
Urtica urens maxima. C. B. P. & (a) I. R. H.

Urtica urens minor. C. B. P. & I. (a) R. H.
L'ORTIE Grieche.
Sumuntur indiſcriminatim.
Fit Syrupus è ſucco plantæ.
Semen ingreditur
Unguentum Martiatum.

URTICA alba, vide Lamium.

UVÆ.
LES RAISINS.
Fit Rob ex Uvarum ſucco.

UVÆ Paſſæ, vide Paſſulæ.
LES RAISINS ſecs.

UVÆ Damaſcenæ, vide Paſſulæ Damaſcenæ.
LES RAISINS de Damas.

VULPES.
LE RENARD.
Fit Oleum per infuſionem & coctionem.

X

XYLOALOE, vide Lignum Aloe.

XYLOBALSAMUM, vide Balſamum Judaicum.

Z

ZEDOARIA.
Zedoaria longa. C. B. P.
LA ZEDOAIRE longue.
Fit Resina cum spiritu vini,
Oleum stillatitium.
Radix ingreditur
Aquam Theriacalem,
Imperialem,
Generalem,
Prophylacticam,
Hystericam,
Philonium Romanum,
Pulverem Diambræ,
Lætificantem,
Balsamum Fioraventi,
Oleum Scorpionum compsiotum,
Essentiam Carminativam Wedelii.

Resina ingreditur
Theriacam cœlestem.

Zedoaria rotunda. C. B. P.
Zerumbeth Serapionis. Lob. Icon.
Malankua. Hort. Malab.
LA ZEDOAIRE ronde, le Zerumbeth.

ZIBETHUM.
LA CIVETTE.
Ingreditur
Pastillos odoratos pro fumo;
Tincturam seu Essentiam Regiam.

ZINCHUM.
LE ZINCH.
Fiunt flores, quæ Nihil album, sive Pompholix apellantur.
Flores ingrediuntur
Unguentum Diapompholigos.

ZINZIBER.
Zinziber. Pisonis, & C. B. P.
LE GINGEMBRE.
Ingreditur
Aquam Generalem,
Spiritum Carminativum Sylvii,
Syrupum de Sthæcade compositum,
De Rosis pallidis compositum,
Diascordium,
Theriacam,
Orvietanum vulgare,
Mithridatium,
Requiem Nicolai,
Diaphœnicum,
Benedictam Laxativam,
Caryocostinum,
Electarium de Citro,
Diacarthami,
Trochiscos de Agarico,
Balsamum Fioraventi,
Unguentum de Arthanitâ,
Elixirium Vitrioli.

ZIZIPHUS, vide Jujubæ.

FINIS.

INDEX

INDEX TITULORUM
IN CODICE MEDICAMENTARIO CONTENTORUM.

PRÆPARATIONES.

I. SIMPLICIUM PURGATIO. *pag.* 1
II. SIMPLICIUM PULVERATIO ET LÆVIGATIO. 8
III. SIMPLICIUM USTIO. 11

COMPOSITIONES GALENICÆ.

I. DECOCTA PRO POTU. 14
II. DECOCTA PRO CLISTERIBUS. 20
III. VINA MEDICATA. 22
IV. ACETA MEDICATA. 25
V. MELLITA. 27
VI. EMULSIONES. 30
VII. SYRUPI SIMPLICES ALTERANTES. 31
VIII. SYRUPI SIMPLICES PURGANTES. 39
IX. SYRUPI COMPOSITI ALTERANTES. 41
X. SYRUPI COMPOSITI PURGANTES. 51
XI. ROB ET SAPÆ. 55

XII. EXTRACTA. pag. 56
XIII. JURA ET GELATINÆ. 60
XIV. ECLEGMATA. 62
XV. CONSERVÆ. 64
XVI. PULVERES. 68
XVII. CONFECTIONES. 78
XVIII. ELECTARIA ALTERANTIA. 80
XIX. ELECTARIA PURGANTIA. 93
XX. TABELLÆ PURGANTES. 103
XXI. TABELLÆ ALTERANTES. 105
XXII. PILULÆ PURGANTES. 113
XXIII. PILULÆ ALTERANTES. 117
XXIV. TROCHISCI PURGANTES. 121
XXV. TROCHISCI ALTERANTES. 122
XXVI. COLLYRIA. 128
XXVII. OLEA PER EXPRESSIONEM. 130
XXVIII. OLEA PER INFUSIONEM ET COCTIONEM. 132
XXIX. BALSAMA. 141
XXX. CERATA, POMATA ET UNGUENTA. 148
XXXI. EMPLASTRA. 162
XXXII. CADAVERUM CONDITURA. 181

OPERATIONES CHYMICÆ.

I. DISTILLATIONUM MODI ET AQUÆ DISTILLATÆ SIMPLICES. 185

II. AQUÆ DISTILLATÆ COMPOSITÆ AUT SPIRITUOSÆ. *pag.* 193
III. APPENDIX AD AQUAS. 208
IV. SPIRITUS VOLATILES. 211
V. SPIRITUS ACIDI. 218
VI. SALIA VOLATILIA ALKALINA. 225
VII. OLEA DISTILLATA ESSENTIALIA. 227
VIII. BALSAMA SPIRITUOSA. 231
IX. BUTYRA. 234
X. FLORES. 235
XI. TINCTURÆ. 240
XII. SALIA ESSENTIALIA. 251
XIII. SALIA FIXA ACIDA. 252
XIV. SALIA ALKALIA. 255
XV. SALIA LIXIVIALIA. 257
XVI. SAPONES. 258
XVII. SALIA NEUTRA. 259
XVIII. CROCI. 260
XIX. MAGISTERIA. 270
XX. REGULI. 274
XXI. CALCES ET CALCIFORMIA. 276
XXII. VITRA. 280

PONDERA.

REJECTIS vulgaribus Menſuris, Manipulis nempè, Pugilis, *Pintis*, &c. ut potè nimiùm variabilibus, ſingula ad Trutinam revocata ſunt.

GRANUM æquat pondus Grani Hordei modicè craſſi.

SCRUPULUS pendet Grana viginti quatuor.

DRACHMA continet Scrupulos tres.

UNCIA eſt Drachmarum octo.

LIBRA complectitur Uncias ſexdecim.



CODEX MEDICAMENTARIUS

SALUBERRIMÆ FACULTATIS PARISIENSIS.

PRÆPARATIONES.

SIMPLICIUM PURGATIO.

PURIFICATIO SALIS AMMONIACI.

℞. SALIS Ammoniaci, ... quantùm volueris.
Solve in
Aquæ calentis, ... quantitate sufficienti.
Filtra. Vaporet solutio ad pelliculam, in vase vitreo; in cellâ repone ut concrescant crystalli.

Simili modo parantur.
Sal Marinum,
Vitriolum.

PURIFICATIO NITRI.

℞. Nitri tertiæ coctionis, . . . quantùm volueris.
Solve in
Aquæ puræ calentis, . . sufficienti quantitate.
Quiescant per viginti quatuor horas. Liquorem filtra. Vaporet ad pelliculam. Pone in cellâ. Concrescent crystalli, sale Marino omninò spoliati.

PURIFICATIO ALUMINIS.

℞. Aluminis Romani, ... quantùm volueris.
Solve in
Aquæ bullientis, ... sufficienti quantitate.
Filtra. Pone in cellâ. Concrescent crystalli.
Simili modo paratur
Borax.

LOTIO SULPHURIS.

℞. Sulphuris communis integri, ... libras quatuor.
Liquefiant leniſſimo igne in ollâ fictili; affunde
Aquæ ferventis, ... libras sex.
Bulliant per horæ quadrantem. Repone. Decanta. Sulphuri superstiti reaffunde eamdem alteriùs aquæ ferventis quantitatem. Bulliant iterùm. Repone, decanta ut suprà, idque quatuor-decies repete. Sic elotum Sulphur in ollâ fictili ritè coopertâ stet in clibano per horas duas, ut illius calore olei instar eliquescat. Ollâ refrigeratâ & effractâ densatum Sulphur exime, & in pollinem redige.

CREMOR SULPHURIS.

℞. Sulphuris loti, ... unciam unam.

Porphyrio in alkool redigatur cum aquâ ſtillatitiâ hyſſopi. Sicca & ſerva.

HYDRARGYRI PURIFICATIO,
SIVE REVIVIFICATIO EX CINNABARI.

℞. Cinnabaris factitiæ pulveratæ,
Limaturæ Ferri non rubiginoſæ, ana quantùm volueris.

Miſceantur ſedulò & mittantur in Retortam ferream, vel vitream loricatam, cujus tertia pars remaneat vacua. Hanc impone Balneo arenæ: adapta Receptaculum. Deſtillationem inſtitue, ignem gradatim augendo, donec, Retortâ intensè candefactâ, nihil ampliùs tranſeat mercurii.

PURIFICATIO GUMMI AMMONIACI.

℞. Gummi Ammoniaci, . . quantùm volueris.
Solve igne leni in
Vini albi, ... quantitate ſufficienti.

Solutionem lacteſcentem pluriès cola per linteum rarum, fortiter exprimendo. Colatura vaporet Balneo Maris ad extracti conſiſtentiam.

Simili modo præparentur.

Galbanum,
Sagapenum,
Opoponax,
Bdellium,
Euphorbium.

Nota. Rectiùs ad uſus internos adhibentur horum Gummi lachrymæ puriores, quæ nullâ egent præparatione.

PURGATIO STYRACIS.

℞. Styracis liquidæ, . . . quantùm volueris.
Per ſetaceum trajiciatur.

ESULÆ PRÆPARATIO.

℞. Corticis medii radicis Esulæ, . . quantùm volueris; Macera in
Aceto forti per viginti quatuor horas. Exime & sicca.

Simili modo parabuntur

Radices Ari,
Hellebori utriusque;
tum Folia Laureolæ

PRÆPARATIO CANTHARIDUM.

℞. Cantharides, ... quot volueris. Acerrimi Aceti vapore suffoca in nodulo suspensas. Tum exsicca, & in fictili reconde.

MILLEPEDUM PRÆPARATIO.

℞. Asellos sylvestres vivos coloris argentei; quot volueris. Vino albo ablue. Exsicca, & serva.

PRÆPARATIO LUMBRICORUM.

℞. Lumbricos terrestres floridos, . . . quot volueris. Mitte in ollam fictilem, ut terram eructent: tum aquâ ablue. Rejectâ aquâ cum vino albo iterùm ablue, & illicò Balneo Maris exsicca; siccos in vase vitreo accuratè clauso serva.

PRÆPARATIO ADIPUM.

℞. Adipis cujusvis recentis, . . quantùm volueris. Fibras & venulas exime. Concide minutim, & in mortario marmoreo quassa. Elue multoties ex aquâ purâ. Balneo Maris liqua. Cola & reconde.

Simili modo parabuntur

Medullæ.

Nota usûs tempore ejusmodi præparationes fieri debere.

TEREBINTHINÆ LOTIO.

℞. Terebinthinæ Venetæ, ... uncias duas.
Mitte in
Aquæ Rosarum, ... uncias sex.
Agita spathâ, & exime. Semel & iterùm idem repete, aquâ renovatâ.

TEREBINTHINÆ COCTIO.

℞. Terebinthinæ, ... uncias duas.
Coque ex
Aquæ communis, . . . sufficienti quantitate, ad Colophoniæ duritiem. Exime, & serva.

Simili modo parabuntur, sive per lotionem, sive per coctionem

Terebinthina Chia, & pro necessitate; alii Succi balsamici resinosi liquidi.

SUCCORUM DEFŒCATIO.

℞. Herbarum recentium, florum aut fructuum, ... quantùm volueris.
Contunde in mortario marmoreo, pistillo ligneo; vel abrade pro rei naturâ. Linteo forti include. Prælo exprime: Succum finito residere; limpidum decanta, vel trajice per Manicam.

Nota primò succos, qui clarifieri, vel coqui debent cum saccharo vel melle, aut admisceri unguentis, vel emplastris, defœcatione non indigere.

Secundò, succos vinosos Soli exponendos, ut fermentatione clareant.

Tertiò, plantis minùs succulentis ferventem aquam addendam esse; viscosis ignem moderatum esse necessarium.

Quartò, delectum habendum esse vasorum; succi enim, præsertim acidi, in vasis æneis, vel ferreis colorem mutant & indolem.

Quintò, ſuccos defœcatos ſervari debere in vaſis vitreis colli longioris, ſuperaffuſo oleo olivarum.

PRÆPARATIO CATECHU.

℞. Catechu ſelecti & contriti, . . . quantùm volueris.
℞. Aquæ calentis, . . . quantitatem ſufficientem.

Infunde per aliquot horas ad perfectam ſolutionem. Cola per ſetaceum. Colatura, per reſidentiam defœcata, vaporet ad ſiccitatem Balneo Maris.

PRÆPARATIO SERI LACTIS.

℞. Lactis vaccini vel alteriùs animalis, libras quatuor.
℞. Mitte in vas figulinum. Admiſce

Coaguli vitulini aquæ tantillo perfectè ſoluti, ... ſemi drachmam.

Vas, diligenter linteis coopertum, colloca ſupra cineres calidos per aliquot horas, donec lac densè coierit. Serum decanta, & coagulum impone craticulæ vimineæ, ut ſerum uberiùs extillet, tum Serum omne per linteum ſemel & iterùm trajice.

CLARIFICATIO SERI LACTIS.

Serum Lactis, ut ſuprà paratum, turbidum adhuc & albicans, agitetur cum ovi albumine: Bulliat, & inter ebullitionem inſpergantur

Cremoris Tartari, ... grana octo pro ſingulis Seri libris. Fiat colatura, quæ quidem, ſi non ſit perfectè limpida, per chartam bibulam (penitùs refrigerata) trajiciatur.

PRÆPARATIO SERI LACTIS EXTEMPORANEA.

℞. Lactis vaccini vel alteriùs animalis, . . libras duas.
℞. Bulliant in vaſe idoneo, & tunc adde

Cremoris Tartari pulverati, . . . drachmam unam.

Lac coagulatum cola. Colaturam clarifica cum ovi albumine, & per chartam emporeticam trajice.

EXTRACTIO MUCAGINUM, EX TEMPORE PARANDA.

℞. Seminis Pſyllii, ... libram unam.
Aquæ tepentis, ... libras ſex.

Macera per viginti quatuor horas ſupra cineres calidos, identidem agitando ſpathâ ligneâ; donec aqua paulò plus lenteſcat quàm albumen ovi. Tum trajice per linteum, & fortiter exprime.

Simili modo extrahuntur

Mucagines Lini,
Fœnugræci,
Cydoniorum,
Gummi Tragacanthi,

tum aliorum ſeminum, fructuum, & radicis Althææ, ſectæ priùs & elixatæ.

SIMPLICIUM
PULVERATIO ET LÆVIGATIO.

PRÆPARATIO LIMATURÆ FERRI.

℞. Limaturæ ferri ſplendentis, nitidæ, & à ſordibus purgatæ, ... quantùm volueris. ſupra porphyritem ſine aquâ lævigetur, donec redigatur in alkool.

PRÆPARATIO OCULORUM CANCRORUM.

℞. Lapidum Cancrorum genuinorum, quantùm volueris. Aquâ fluviatili calente pluriès in die renovatâ ablue; idque per plures dies repete, donec ferè nullus in eis deprehendatur odor.

Exſiccatos tere ſubtiliſſimè in mortario ferreo vel marmoreo. Poſthac ſupra porphyritem agita, inſtillando identidem aquam communem, uſque dùm in pultem tenuiſſimam lævigentur. Effinge Trochiſcos in umbrâ ſiccandos.

Simili modo præparabuntur
Teſtacea,
Coralla.

PRÆPARATIO MARGARITARUM.

℞. Margaritarum Orientalium, . . . quantùm volueris. Aquâ fluviatili calente ſemel, aut iterùm ablue. Exſicca. Tere, & ſupra porphyritem læviga.

Simili modo præparatur.
Succinum.

PRÆPARATIO

PRÆPARATIO FRAGMENTORUM LAPIDUM PRETIOSORUM.

Fragmenta pretiosa aquâ ablue. In mortario ferreo, non verò æneo, pistillo ferreo, in pulverem crassiusculum comminue; super chartam pulverem expande, & Magnetis ope ferri particulas inter pulverationem abrasas extrahe. Tum supra porphyritem in pollinem redige, & Trochiscos effinge.

PRÆPARATIO PUTAMINUM OVORUM.

℞. Putaminum Ovorum, . . . quantùm volueris. Cum aquâ primùm leviter & diu conquassa: deinde aquâ plurimâ ferventi multoties elue; ita ut omnes membranulæ aquæ innatantes cum aquâ decantentur, remanentibus in fundo solis putaminibus, quæ siccata in mortario marmoreo pulverentur, dein super porphyritem lævigentur, & in Trochiscos formentur.

PRÆPARATIO ANTIMONII.

℞. Antimonii Hungarici in mortario ferreo pulverati, ... quantùm volueris. Supra porphyritem leviga; dein cum aquâ multâ permisce & agita. Aquam, cum turbida fuerit, decanta, & in vase idoneo repone. Superstiti materiæ iterùm aquam affunde, tere, & aquam turbidam super priorem effunde; idque toties repete, donec totam materiam alkoolisatam exhauseris. Tum aquam omnem effusam decanta, & Antimonium in fundo vasis remanens, exsicca & serva.

Simili modo præparentur.

Cinnabaris,
Magnes,
Lapis Hæmatites.

PRÆPARATIO LITHARGYRI.

Lithargyrum pulveratum, cum aquâ plurimâ tere in mortario ferreo. De reliquo ad lotionem procede ut in præparatione Antimonii.

Simili modo præparentur.

Boli,
Calces,
Cretæ,
Margæ.

PULVERATIO CORNU CERVI.

℞. Cornu Cervi integri, . . . quantùm volueris. Scobinâ derade. Scobem tere in mortario. Trajice per ſericeum. Pollinem ſerva.

Simili modo pulverantur.

Ebur,
Pes Alcis.

PRÆPARATIO CORNU CERVI PHILOSOPHICA.

℞. Apices Cornu Cervi, ... quot volueris. Mitte in vas idoneum. Affunde
Aquæ communis quantitatem ſufficientem.
Vaſe ritè obturato bulliant, donec exterior pellicula ſcalpello facilè detrahatur, tum medulla quoque extrahatur. Quibus demptis, apices ſicca.

FŒCULA BRYONIÆ.

℞. Radicis Bryoniæ recentis, . . . quantùm volueris. Quaſſa in mortario marmoreo. Excipe ſacco cannabino. Prælo exprime. Succus in vaſe vitreo reponatur. Paulatim ſubſidet, amyli inſtar, fœcula, decantato liquore, in umbrâ exſiccanda.

Simili modo parantur

Fœculæ Ari,
Ireos, &c.

SIMPLICIUM USTIO.

ALUMEN USTUM.

℞. Aluminis crudi, ... quantùm volueris. Mitte in patinam ferream vel fictilem non vitratam. Igne nudo calcina.

PLUMBI CALCINATIO, UNDE CALX PLUMBI.

℞. Plumbi crudi, ... libram unam. Inde patellæ terreæ non vitratæ. Patellam pone super carbonibus accensis, ut plumbum liquefiat. Rudiculâ agita, abibit in pulverem subnigrum, & erit plumbum ustum. Si continuetur ignis, pulvis evadet flavus.

SPONGIÆ USTIO.

℞. Spongiæ nondùm in usum vocatæ, in clibano exsiccatæ, & ab arenulis repurgatæ quantùm volueris.

Crema igne aperto per horam in ollâ fictili coopertâ non vitratâ. Pulvera, & serva.

Non absimili modo uri possunt

Pili Leporis,
Pila marina,
Hirundines,
Bufones,
Cancri fluviatiles,
Talpæ,
Erinacei,
Limaces.

SPODIUM, SIVE EBUR AD ALBEDINEM CALCINATUM.

℞. Eboris fruſtula, ... quot volueris. Mitte in ollam fictilem non vitratam. Combure ad albedinem igne reverberii. Tere in mortario marmoreo, & ſuper porphyritem lævigа, inſtillando aquam, & inde formentur Trochiſci.

Simili modo paratur

Cornu Cervi,
& alia animalium Oſſa.

PRÆPARATIO LAPIDIS CALAMINARIS.

℞. Lapidis Calaminaris electi, . . . quantùm volueris. Candeſcat in crucibulo. Aquâ communi extingue. Semel atque iterùm id repete. Poſthac ſupra porphyritem leviga cum aquâ.

Simili modo parari poteſt

Lapis Judaïcus,
Armenus,
Lyncis vel Belemnites,
Tuthia,
Pumex,
Cryſtallus.
Silex.

TORREFACTIO RHEI.

℞. Rhei electi pulverati, ... quantùm volueris. Mitte in patinam argenteam vel ferream. Impone igni moderato, continuò ſpathâ movendo, donec fuſcum colorem acquiſiverit. Serva ad uſum.

Simili modo torrefiunt.

Myrobalani, &c.

COCTIO SCYLLÆ.

℞. Scyllas recentes, ablatis corticulis exterioribus & radicibus, ... quot volueris. Singulas, farinâ, aquâ ſubactâ involve, deinde in clibano coquantur, donec feſtucâ penetrari poſſint. Tum ſingularum ſquammæ cruſtâ nudatæ, demptis membranulis, pinſentur, & per ſetaceum trajiciantur.

SCYLLÆ EXSICCATIO.

℞. Squammas Scyllæ, eas nempè quæ mediæ ſunt corticem inter & meditullium. Filo trajice à ſe invicem diſcretas. Tum Soli ardentiſſimo, vel in Hypocauſto, per tres dies exſiccentur.

DECREPITATIO SALIS.

℞. Salis marini, ... quantùm volueris. Projice per vices in ollam fictilem non vitratam, candentem, vaſe cooperto. Fiat Decrepitatio.

SPONGIA PRÆPARATA.

℞. Spongiæ ſubſtantiæ tenuis, vulgò *Eponge fine*, exſiccatæ, & ab arenulis repurgatæ, quantùm volueris. Ceræ flavæ liquefactæ immerge, & prælo fortiter exprime. Frigefactam exime.

COMPOSITIONES GALENICÆ.

DECOCTA PRO POTU.

DECOCTUM HORDEI.

℞. Hordei integri, leviter linteo duriore confricti & aquâ calidâ loti, ... uncias duas.
Coque ad Hordei crepaturam in
Aquæ communis, ... ſufficienti quantitate
ad libras octo.
Decanta.

PTISANA COMMUNIS.

℞. Hordei confricti & aquâ calidâ loti, uncias duas.
Radicis Graminis purgatæ & obtritæ, . . unciam unam.
Coque in
Aquæ communis ſufficienti quantitate
ad libras octo.
ſub finem adde
Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ, ... ſemi unciam.
Quâ injectâ, ſtatim vas remove ab igne. Decoctum refrigeratum cola.

DECOCTUM PECTORALE.

℞. Orizæ mundatæ & lotæ, ... unciam unam.
Coque ad Orizæ crepaturam in
Aquæ communis, ... ſufficienti quantitate.
ad libras octo.

Decoctum fervens remove ab igne. Infunde illicò per horæ quadrantem.

Glycyrrhizæ rasæ & contusæ, . . .
Radicis Althææ, à meditullio ligneo repurgatæ, ... } ana semi unciam.
Foliorum Capillorum Veneris Canadensium, ... drachmas duas.
Florum Papaveris Rhœados, . . . drachmam unam.
Tussilaginis, ... drachmas duas.

Decanta.

DECOCTUM APERIENS.

℞. Radicum Graminis, ...
Fragariæ, ...
Taraxaci, ...
Oxalidis. } ana semi unciam.

Coque in
Aquæ communis, ... libris quinque
ad libras quatuor.
sub finem adde
Glycyrrhizæ rasæ & contusæ, . . . drachmas duas.
Decanta, & dissolve
Nitri depurati, ... drachmam unam.

DECOCTUM RUBRUM APERIENS.

℞. Radicum Fragariæ, ...
Taraxaci, ...
Eryngii, ...
Oxalidis, ...
Chicorii sylvestris, . .
Rubiæ Tinctorum, . . } ana semi unciam.

Bulliant in
Aquæ communis, ... libris decem
ad libras octo.

Tunc adde

Foliorum Borraginis, ...
Bugloſſi, ... } ana unciam unam.
Scolopendrii, ...
Agrimonii, ...
Urticæ albæ, ...

Remove ab igne, infunde per horæ quadrantem. Decanta.

DECOCTUM ASTRINGENS.

℞. Raſuræ Cornu Cervi, . . . } ana ſemi unciam.
Eboris, . . . }

Coque per horam in vaſe clauſo cum

Aquæ communis, . . ſufficienti quantitate.

Tum adde

Orizæ lotæ, ... drachmas tres.
Radicum ſiccatarum & contuſarum,
Tormentillæ, . . } ana drachmam unam.
Biſtortæ, . . . }

Bulliant iterùm per horæ quadrantem, ita ut coctione peractâ, ſuperſint, ... libræ quatuor.

Tunc infunde

Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ, . . . drachmam unam.

Cola.

DECOCTUM ALBUM.

℞. Cornu Cervi ad albedinem calcinati, & ſupra porphyritem lævigati, ... ſemi unciam.
Micæ panis albiſſimi, ... uncias duas.

Coque leviter in

Aquæ communis, ... libris ſex.

Cola & edulca

Sacchari albiſſimi, . . . quantitate ſufficienti.

Adde ſi libuerit

Aquæ Naphæ vel
Cinnamomi, ... drachmas duas.

DECOCTUM

DECOCTUM SUDORIFERUM.

℞. Ligni ſancti in ſcobem redacti, unciam unam & ſemis.
Radicum Chinæ per taleolas inciſæ, ... }
Salſæparillæ minutim ſectæ, ... } ana uncias duas.

Macera calidè in vaſe terreo vitrato clauſo per viginti quatuor horas in
Aquæ communis, ... libris octo.
Dein coque ad libras ſex.
Sub finem adde
Raſuræ Ligni Saſſafras, ... drachmas tres.
Glycyrrhiſæ raſæ & contuſæ, . . . ſemi unciam.
Cola.

DECOCTUM ANTI-VENEREUM LAXANS.

